

SCHEDA DI REGESTO

PERGAMENA N.7

| | |
|---------------------------|--|
| COLLOCAZIONE: | Comune di Atessa- Archivio storico |
| SERIE: | Fondo pergamene n.7 |
| DESCRIZIONE ARCHIVISTICA: | Imposizione della scelta de mastro giurato |
| ESTREMI CRONOLOGICI: | 3 febbraio 1305 |
| CONDIZIONAMENTO: | Contenitore di ferro |
| SUPPORTO: | Membranaceo |
| DIMENSIONI: | Altezza 22,5 Larghezza 31 Diagonale 37 |
| NUMERO DELLE CARTE: | 1 |
| NOTE: | Scrittura minuscola diplomatica |

SUNTO:

Napoli, 3 febbraio 1305.

Il Re Carlo II, non avendo l'università di Atessa ancora provveduto a nominare il mastro giurato e i giudici, ordina al capitano Tommaso di Ortona di imporre subito la loro nomina, facendoli scegliere tra gli uomini letterati e in particolare giurisperiti. Il mastro giurato e i giudici dovranno poi presentarsi, entro la fine di febbraio, di fronte allo stesso Tommaso che apporrà il suo sigillo e la sua sigla sul loro decreto di nomina e, ricevuto da ciascuno di loro il giuramento di fedeltà e di compiere lealmente l'incarico, dovrà inviare alla regia camera entro 15 giorni il denaro pagato per il diritto del sigillo e per l'ufficio di giudice.

TRADUZIONE:

- 1 Karolus secundus Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus
- 2 Capue, Provincie et Forcalquerii comes, Thomasio de Ortona / militi capitaneo
Atisse fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem. Quia terram ipsam Atisse
- 3 nuper in nostro peculiari demanio et immediato / dominio perpetuo duximus
retinendam et perpetuo volumus quod in ea, sicut in alijs terris nostri demanii,
- 4 magister iuratus et iudices pro anno presentis / termie indictionis eligi debeant et
creari cum adhuc ibi creati non fuerint, ut audimus, fidelitati tue presentium tenore
- 5 Committimus et mandamus / ut incontinenti, receptis presentibus, universitari dicte
Terre sub certa pena subsequenter ad ea, si secus fecerit, exigenda, ex parte nostre
- 6 Maiestatis iniungas / ut statim, ad vocem preconis pro maiori et saniori parte in
Loco solito congregata, concorditer eligat pro dicto presenti anno tertie indictionis,
- 7 siquidem / adhuc creati non sunt, magistrum iuratum et iudices in numero
- 8 consueto de hiis quidem, qui anno proximo preterite secunde indictionis ipsa / ibi
officia non gesserunt, qui sint utique viri probi, ydonei ei fidelis. Et in dicta
- 9 electione universitas ipsa provideat quod iudices huiusmodi / erigendi viri litterati

sint et iurisperiti, precipue si habentur, quos electos, cum decreto electionis

10 eorum, infra certum quem prefixeris / terminum usque scilicet per totum
presentem mensem februarij ad tardius, ad presentiam tuam mittant, a te pro curia
11 nostra huiusmodi officia recepturos. / tu ergo, ispo decreto abito electionis
eorum, eis litteras sub tuo sigillo tam magistro iurato videlicet quam iudicibus
12 singillatim de commis/sione in forma facies consueta et, recepito ab unoquoque
ipsorum tam solite fidelitatis et de officijs ipsis gerendis fideliter corporaliter /
13 iuramento quam pecunia pro iure sigilli et pro iudicatus officio consueta,
14 pecuniam ipsam nulla retentione penitus inde facta, statim ad / cameram nostram
mittas, significaturus nobis numerum iudicum electorum in terra predicta et
15 pecuniam quam ad eis et dicto magistero iurato / receperis, ut prefertur, et insuper
dictum decretum electionis eorum, post quindecim dies ad tardius postquam illud
16 receperis, magistris ra/tionalibus magne nostre curie nobiscum morantibus
destinari procures, non omissurus dicti magostro iurato dare scriptis sub tuo
17 si/gillo capitula que ad officium ipsum spectant iuxta formam in talibus
18 consuetam. Datum Neapoli per Bartholomeum del Capua militem /logothetam et
prothonotarium Regni Sicilie anno domini millesimo trecentesimoquinto die iij
februarij iij indictionis regnorum nostrorum anno xxj.